

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Absolvtio qvoad fratres

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

l. 2. Moral. c. 13. n. 22. Et alij communiter.

12. Quod hucusque differuimus, et si Casus Papales potissimum concernat, valet tamen perinde in alijs aliorum Superiorum Casibus; quare si non pateat aditus ad Episcopum pro absolutione alicuius casus ipsi Episcopo reseruati, nisi cum magna difficultate aut mora, potest absolui talis à quolibet Confessario, sicuti supra dictum est de Papalibus: fieri enim potest, ut non minus difficilis sit aditus ad Episcopum, quam ad Papam, & nihilominus adsit necessitas communicandi aut celebrandi. Deinde *e. Nuper.* satis docet id locum habere respectu cuiuslibet reseruantis, dum dicit: Verum si difficile sit ex aliqua iusta causa, quod ad ipsam Excommunicatorem absolueudus accedat, &c. ubi vox *Excommunicator*, generalè habens significationem, satis expressè comprehendit quemlibet Prælatum & excommunicare potentem. Ita contra Soar. p. 3. tr. 4. disp. 40. s. 3. P. Cyprian. in c. 7. Reg. lect. 23. & alii plures apud Dian. p. 5. tr. 14. Res. 58. Etp. 9. tr. 7. Res. 11.

**ABSOLVTIO QVOAD
FRATRES.**

13. *Facultas absoluendi Regularium.*

B₃

14. Ex-

XII.
*Extensio
ad casus
quoscumque.*

20 *Absolutio quoad Fratres.*

14. *Extenditur ad Censuras & casus Papales occultos quoslibet.*
15. *Item ad publicos & notorios pro utroque foro.*
16. *Priuelegium singulare Capucinatorum.*
17. *Extensio ad censuras latas ab homine.*
18. *Etiā contra nominatim denuntiatos.*
19. *Adhibetur cautela & modus praescribitur.*
20. *Competit praedicta facultas Praelatis maioribus, eorūque Vicariis & Confessoribus.*
21. *Praelatis localibus & aliis Confessoribus pro foro interno tantum & cum onere praesentandi pro Reservatis.*
22. *Rekursus pro Reservatis discutitur.*
23. *Confessores quibus licet absoluerē queant à quibusvis casibus, seruato recurſu, indecens tamen est, vt se ingerant, Praelato, ad quem recurrendum est, praesente.*
24. *Non minus indignum est, vt, cū recurſus fiat pro Reservatis Regularibus, non fiat pro Papalibus.*
25. *Recurrendum est ad Superiores Regulares, tum pro Casibus Regularibus, cū Pontificiis in Bullā Cænae contentis.*
26. *A cæteris absoluerē potest quiuis Confessor absque recurſu, sed pro foro interno tantum.*

- 27. *Praelatus licentiam dare nequit subdito
ut absolvatur à Reservatis extra or-
dinem.*
- 28. *Duo Confessores in Conventu soli, ambo
excommunicati, se vicissim absolvere
possunt.*
- 29. *Percutiens Clericum saecularem absolvi
potest à proprio Praelato, absente Su-
periore percussi.*
- 30. *Praedicta Potestas extendit se ad Subditos
vriusque sexus, Peregrinos & No-
uitios.*

PER Privilegia Religionum, praeser-
tim Mendicantium, possunt Praelati
Regulares absolvere suos subditos ab om-
nibus Censuris à Iure vel ab homine latis.
Soar. 20. 4. de Relig. 22. 8. l. 2. c. 20. n. 12.
Urbanus ab Ascensione Theol. Mor. 22. 2. c. 3.

XIII.
*Potestas
absolvens
di Regu-
larium.*

Ad intelligentiam & confirmationem
huius Propositionis, tria sunt consideran-
da. 1. Materia, circa quam haec facultas
versatur. 2. Quis Praelatus possit illà uti.
3. Circa quas Personas.

**§. I. A QVIBVS REGVLA-
RES POSSINT ABSOLVI
PER SVA PRIVILEGIA?**

14. **C**irca 1. certum est facultatem illam
extendi ad censuras, & casus quos-
libet

XIV.
*à casibus
Papalibus
occultis.*

B 4

libet

liber occultos Papæ reservatos. *Dian. p. 7. 17. 2. Res 5.* Ita concessit Pius 5. Qui ne Prælati Ordinis Prædicatorum (& per consequens etiam Fratrum Minorum, & quotquot præterea cum illis communicant in Privilegiis) in hac parte deterioris conditionis existant, quam Clerici & Sæculares, ipsi Prælati concessit, ut ipsi per seipfos idem omninò possint in Fratres & Moniales sibi subditas, quod possunt Episcopi in Clericos & Laicos sibi subditos, qui ex Trident. *sess. 24. c. 6.* possunt in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in Diœcesi sua, per seipfos, aut Vicarij ad id specialiter deputandum in foro conscientie absolvere, &c. *Vide P. Sorbo. in Comp. Prin. Mend. in Resol. mat. absolu. De hæresi, cuius esse solet controuersia, patet ex dicendis*

xv.
à publicis
& notoriis.

15. Extenditur 2. ad casus Papales etiam publicos & notorios. Extant hac de re in primis indulta Clem. 4. & Sixti 4. quorum virtute Prælati etiam inferiores, eorumque Vicarij, possunt absolvere sibi subditos, & interdum ad eos declinantes, à quibusvis censuris, Excommunicatione scilicet, suspensione, & interdicto, latis siue à jure, siue ab homine, exceptis quatuor

tan-

tantummodo. 1. Relapsu in hæresin,
 2. Schismate. 3. Falsificatione litterarum
 Apostolicarum. 4. Delatione prohibito-
 rum ad infideles. In reliquis omnibus, ait
 Sixtus 4. *relatus in Comp. Priu. Mend. tit. Ab-*
solutio ord. quoad ff. n. 13. etiam Symoniæ
 prauitate irretitis, posse per illos, quibus
 inibi conceditur (Ministros, Vicarios, &
 Custodes) absolutiois & dispensationis
 beneficium, iuxta casuum exigentiam im-
 pertiri, &c. Hæc etiam certa esse & valere,
 nedum in foro Pœnitentia, sed etiã con-
 tentioso, testatur P. Sigism. *de Elect. p. 2. dub.*
 66. *Auctoritate Rota, penes Pluteum. lib. 1. Dec.*
 90. *al. 95.*

Exceptionem quoad quatuor illos casus
 insuper sublatam esse probat Soar. per du-
 plicem concessionem, vna est Gregor. 13.
 facta Societati Iesu: Altera Alexand. 6.
 Minoribus de Obseruantia, absoluendi ab
 hæresi, & à relapsu etiam in hæresin. Sed
 hic pro solis vltromontanis, & modò rela-
 psorum crimina, publica & notoria apud
 sæculares non sint; Gregorius verò nullam
 limitationem addit.

16. Quoad Capucinos vltromontanos,
 extat apud nos authenticum Decretum S.
 Congreg. sequentis tenoris:

By

Fesja

XVI.
Privilegi-
um Capu-
cinorũ spe-
ciale.

Feria 5. die 3. Iul. A. 1625.

In Generali Inquisitione S. Rom. & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram S. D. N. Urbano Diu. Prou. Pœt. 8. ac Illustrissimis & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, in tota Repub. Christiana, contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus, à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

S. mus D. N. Papa prædictus inherendo Decreto sælic. record. Pauli 5. sub die 11. Ian. 1607. concessit facultatem RR. PP. Prouincialibus vltra mōtes, Ordinis Capucin. procedendi contra suos subditos in causis ad S. Officium spectantibus, in locis vbi hæreses impunè grassantur, & S. Officium nec per Inquisitores, nec per locorum Ordinarios exercetur.

*F. Antonius Thomafus S. R. & Vniuers.
Inq. Not.*

Concessionis prioris à Paulo 5. factæ meminit P. Bassæ *V. hæresis, n. 18. ed. Antwerp. 1643* qui exinde cum P. Cyprian. *alt. 7. Reg. lect. 12. fol. 588. & 612.* dicit posse Prælatos absoluere subditos etiam in foro externo ab hæresi & per consequens à quibuscunque alijs casibus Papæ quomocumque, etiam in Bulla Cœnæ D. referuat.

Absolutio quoad Fratres. 25

is. Rationem huius affert. *V. Abbas. n. 8.*
2. Quia cum crimen hæresis, præsertim
relapsus (Relapsi dicuntur non omnes, qui
post abiectam hæresin, iterum in hæresin
reincidunt, sed illi, qui post hæresin coram
iudice competente abiuratum, iterum in
hæresin relabuntur. Prout responsum fuisse
per Cardinales in Capitulo Gen. 1608.
Patribus Ultramontanis testatur P. Cypri-
an. *cit. lect. 26 fol. 748.*) inter omnes casus
habeat maximam specialitatem, isto con-
cesso, reliqui omnes censentur concessi. *per*
Reg. Iur. Cui licet quod est maius, licet utique
quod est minus. In confirmationem huius
adducit etiã declarationem Pauli. factam
nostris PP. in Capit. Gen. 1608. Soar. ubi
supra, etsi hoc affirmare non auit, vel eo-
que extendere facultatem ex vi solius in-
tulci, neque in materia Iurisdictionum &
constatutum argumentum illud esse fir-
num; cum quis possit habere Iurisdictionem
ad iudicandum de grauissimo crimi-
ne, & non de minori, maximè in Iurisdic-
tione delegata, qualis datur per hæc Pri-
uilegia. Addittamen iuxta materiam, in-
tentionem illorum planè videri fuisse, ut
omnis exceptio & limitatio auferretur;
quiniò supposuisse alias exceptiones iam
ablatas, & idèò illam tantum, quæ maxi-

ma erat, abstulisse. Ablatas autem censuras alias exceptiones per Priuilegia Generalia, quæ exceptionem non habent, & addunt illam clausulam: Etiam si talia forent, propter quæ Sedes Apostolica esset consulenda. Tale Priuilegium Benedictinis esse concessum refert 6. 20. n. 12. ex Comp. Societ. V. Absolutio. §. 10. Cæterum quod idem Soar. cit. n. 9. ab hac generalitate excipit simoniâ commissam in SS. Ordinationibus, propter Constitutionem Sixti 5. aduersus Clericos male promotos. §. 8. Respondet Urban. ab Ascens. *suprac.* Reg. 5. per confirmationem Priuilegiorum à Paulo 5. factam ipsiſ Carmelitanis, ipsa Priuilegia priora, primam virtutem, contra illam Sixtinam, resumpsisse.

XVII.
Extensio
ad censuras
latas
ab homi-
ne.

17. Tertio. Positam assertionem extendit Soar. cit. n. 25. ad censuras ab homine quomodolibet latis per Priuilegia Eug. 14. Cælest. 5. sed maximè per indultum Pauli 3. quo conceditur superioribus ipsius Societ. absoluendi suos à quibuscunque Excommunicationis, suspensionis, Interdicti, alijsque Ecclesiasticis & secularibus sententijs, censuris & pœnis, à iure vel ab homine quomodolibet latis, & promulgatis, &c. Ad quæ dictus Auctor: si absolutus, inquit, dixisset ab homine, &c. posset re-

stringi

stringi ad sententiam Generalem; cum ve-
ro additur: *Quomodolibet*, non habet lo-
cum restrictio, nam solum ad hoc addi po-
tuit, ut talis restrictio tolleretur &c. sic eti-
am Barbos. in c. *Indemnitatibus de Elect. in*
6. Illam dictionem, *Quomodolibet*, ait,
omnem penitus modum excludere. Et
secundum Lez. V. *Dictio n. 35.* ex sua gene-
ralitate comprehendit omnia, de quibus sa-
tis est in genere fuisse cogitatum, iuxta ter-
minos L. *si de certâ. C. de transact.*

18. Hinc igitur antecedentis Soar. inferit, XVIII.
i. Doctrinâ hâc procedere, etiâ si quis no-
minatim denunciatus sit, quia Pontifex nō
fuit contentus dicere, *Quomodolibet* latis,
sed addidit etiam; *Promulgatis*. Denun-
ciatio autem Excommunicationis latæ, ali-
ud non est, quàm Promulgatio talis senten-
tiæ: At sententia *Quomodolibet* promul-
gata, per hanc potestatem remitti potest,
ergò, etiamsi nominatim denunciatus sit.
Et idem in Comp. Societ. V. *Absolutio. §. 6.*
vbi de hac facultate fit mentio, simpliciter
dicitur: vel ab homine latis, sine vlla restri-
ctione, vel declaratione, in quo significa-
tur nullam esse necessariam.

2. Extendit hanc facultatem usque ad
casum; vt si contingat Religiosum excom-
municari ab Episcopo, in aliquo sibi com-
misso,

XVIII.
Etiâ no-
minatim.

missio, possit nihilominus à suo Prælato absolui: Imò etiamsi excommunicatus sit à Legato vel Iudice aliquo Ecclesiastico: quia Priuilegium ad hæc omnia extenditur, & ex vi alterius Priuilegij Benedictinis concessi, de quo suprâ, quo Superiores etiam Locales Societatis, in *Comp. V. Absolutio*, §. 10. possunt absoluere subditos à quibuscunque sententiis & peccatis, etiamsi talia forent, propter quæ sedes Apostolica esset consulenda.

Præter Soar. tuetur id ipsum P. Rodriq. 20. 1. qq. Reg. q. 20. a. 6. & 7. & eiusdem *Comp. V. Absoluere quoad fratres*, ubi dicitur: Prælatos absoluere posse fratres nominatim excommunicatos (si parti læsæ satisfecerint) tam in foro exteriori, quàm interiori, per declarationem Pij 5. etiam extra forum sacramentale. Item P. Cypri. in c. 7. Reg. l. 12. P. Elig. V. Abbas. §. 2. Candid. Mag. S. Palatij, & Bordonus apud Dian. p. 7. tr. 11. Res. 41. & p. 8. tr. 11. Res. 46. Vbi ex Candido disq. 22. a. 48. dub. 3. Virtute, inquit, Concessionis Clem. 8. possunt Prælati prædicti, & communicantes Priuilegijs Mendicantium, absoluere ingredientes Religionem, etiamsi fuerint nominatim & specialiter ab homine excommunicati, suspensi, vel interdicti, si prius ab eis satisfactio fiat parti læsæ, &c.

Priuile-

Priuilegium notatu dignum, hic neutiquam omittendum refert Tamburin, in tra- de Cal. refer. c. n. §. 1. n. 3. factum Præ- latis Cassinensium, ijsque qui cum illis par- ticipât, quo possint absoluere omnes suos fratres, tam professos, quam nouitios, in Religione ta- men perseverantes, à quibuscumq; peccatis, cen- suris & penis per eos tam ante, quam post in- tressum in dictam Congregationem seu Professio- nem incurfis & in futurum incurrendis, etiam si fuerit de casibus Apostolica Sedi reservatis vel comprehensis in Bulla, quæ dicitur Cœna Domi- ni, singulis annis legi consueta, quoties opus fue- rit, iniunctâ eis pro modo culpâ salutarî peni- tentiæ. Ita Pius 5. qui cû absolutè loquatur, auctor præfatus Priuilegiû extēdit ad om- nia tam occulta, quàm notoria, censurasq; siue per sententiam generalem, siue specia- lem ab homine latas, pro foro tamen solû conscientiæ & satisfacta parte. sed cur non etiam externo, si Papa nihil excipit? Vide *forum*. n. 204.

19. Caterum quia Priuilegia conce- duntur non ad destructionem, sed ædifica- tionem, ipsique superiores Prælati possint iusmodi facultates facillè restringere, pru- denter monet Urban. ab Ascens. *Theol. Mor.* *ser.* 2. c. 3. Reg. 8. 9. & n. quemque Prælatum diligentem esse, in inquirenda suæ potesta-
tis

XIX.
*Sed cum
cautela
debita.*

tis amplitudine (adde, & considerandis circumstantiis, num, quando, & qualiter, quem eâ uti conveniat) ne vel nimium laxet illius habenas, vel etiam impotentem se reddat in illis, quæ de facili potest exequi.

Pro huius ergò discretionem, sciendum est, 1. Tametsi tam Episcopi, Archiepiscopi, alijq; communiter dicti Ordinarii, quam Legati (Legatis à latere exceptis) Delegati vel subdelegati Apostolici careant potestate ferendi censuras in Regulares exemptos, non solum in casibus, in quibus ipsi Regulares eisdem subditi non sunt, sed etiam pro iis, in quibus ipsi Regulares eisdem ex Conc. Trid. aut aliis Constitutionibus summ. Pontificum subiiciuntur, nisi expressè talis facultas ferendi censuras illis concedatur, aut ipsi Regulares non habeant Priuilegium in contrarium, quale per Concessionem Clem. 4. *pro Min. in Bulla. Exigentibus apud Rodrig. to. 1. Bullar. in Clem. 4.* habent tam ipsi Minores, quam alij Ordines, cum ipsis Priuilegiatorum communionem habentes. *Lez. V. Exemptio. n. 10. & 11.* Possunt tamen præfati Prælati per censuras procedere contra Regulares, quantumuis exemptos & priuilegiatos, quando illis vel ex Conc. Trid. vel ex alia consuetudine Pontificiâ conceditur potestas in Regu-

Regulares exemptos, cum facultate procedendi contra illos per censuras. De quo vide Rodriq. to. 2. q. 64. a. 11. & Cassain. de Priu. Reg. 17. 2. c. 5.

2. Quodsi aded contingat à Prælatis extraneis, & extra Religionem, Religionem excommunicari, potest secundum diuina, à suo Prælato absolui, modò tamen ex parte subditorum debita fiat satisfactio, ad quam Soar. requirit 1. vt ante omnia absoluendus à contumacia recedat: Deinde vt satisfactionem exhibeat vel offerat aut promittat, prout potuerit. Et tandem, vt Iudicem, à quo excommunicatus est, saltem reddat certiozem, de obedientia sibi & Ecclesiæ, id est, Iudici (iuxta modum loquendi Ecclesiæ) cui per contumaciam facta est specialis iniuria, redditâ & obentâ absolute. Videantur super his etiam Rodriq. to. 1. qq. Reg. q. 20. c. 6. P. Cypr. vbû supra. Peyrin. in Constit. 2. lul. 2. §. 9. n. 28.

§. 2. QVIS POSSIT ABSOLVERE REGVLARES.

Circa 2. Quis Prælatus possit eâ facultate uti; Certum est inprimis, Potestatem illam competere, tum Generali, ac Prouincialibus, cum eorum Vicarijs

XX.
Potestas
absoluendâ
Prælato-
rum ma-
& 1071420.

& Confessoribus, quos illi sibi speciatim eligunt, pro foro tam interno, quàm externo. Tum quia non debent esse peioris conditionis, quàm subditi, tum quia Sixtus, id expressè concessit Generalibus, Provincialibus, eorúmque Vicarijs, non tamen alijs. In Bulla: Dum attentâ. Dixi non tamen alijs, ijs maximè, qui non sunt eiusdem Ordinis; Quia Sixtus exprimit, tantum fratribus, quos habuerint in Confessores dicti Prælati, se concedere similem, tum in absoluendo, tum in dispensando, potestatem, illi, quam habent iisdem Prælati in subditos. Et certè ita expedit, ne si eligerent extraneos, id in Ordinis dedecus vergeret. Urban. ab Ascens. tr. 2. c. 3. Regul. 12.

XXI. 21. Eàdem potestate absoluendi, pro foro tamen interno tantùm, & usu Sacramentorum, gaudent Prælati nostri locales, nec non quivis Confessarij pro fratribus, & Monialium Ordini subditarum Confessionibus deputati. Et hoc ex peculiari Superiorum licentiâ, quam etiam inferioribus Confessarijs quibusque conferre potest, dubium non est. Licet enim quædam ipsi Superioribus maioribus competere videantur ex delegatione tantùm; quando tamen iurisdictio delegatur in privilegium perpe-

XXI.
Localium
& aliorum
Confessorum.

perpetuum
tunc
betur
re alijs
ordini
simpli
gari e
Subde
c. 27.
Princ
eff. Vi
quam
dion
neque
dion
nostr
vium
entia
commu
Dicit d
§. 4. v
viger t
1612. n
Confes
nam
uenerit
penite
mud s
legit

illi ubi perpetuum ratione dignitatis aut officij,
 tunc talis etiam iurisdictionis potestas ha-
 bet esse potest pro ordinaria, quam proinde delega-
 tum quilibet alijs quoque possunt, non minus quam
 ordinariam, quod maxime locum habet in
 simpliciter ministerio absolventi, quod dele-
 gari etiam potest à Delegato Ordinarij, & à
 subdelegato Delegati Papæ. *Nau. in Man.*
cap. 27. n. 45. ex illa Reg. Quod delegatus à
 Principe potest alteri subdelegare. *r. fin. de*
similib. Vic. Et c. fin. de off. deleg. 6. iuncta Gl.
 quomodo quis non possint delegare suas iurisdic-
 tiones, ratione quarum id eis competit,
 neque etiam aliquem articulum iurisdic-
 tionalem. Quod verò de facto Superiores
 nostri facultatem eiusmodi in Ordine ad-
 sum sacramentorum, & pro foro consci-
 entia, quibuscunque fratrum Confessarijs
 commiserint, attestantur P. Vech. in *Praxi*
Nouit. disp. 9. dub. 7. n. 3. Et P. Elig. V. Abb. s.
cap. 4. vbi: Mos, aiunt, apud nos (Capucinos)
Capiget ex Generalis Capituli Indulgentia Anno
1613. vt omnes Superiores locales, necnon &
Confessarij deputati, valeant in foro conscientia
tantum absolueri, dispensare, habitareque in
omnibus, in quibus potest ipse Generalis, iuxta
penitentium indigentiam, propter vsum solum-
modo Sacramentorum & non vltra, & cum ob-
ligatione penitentibus se presentandi coram su-
 C2 peri-

periori pro casibus referuatis. Hæc illi. Ex quibus, vt patet, hoc vnicum sibi referuârunt, vt pro casibus referuatis, pœnitentes sese coram Superiore præsentent. Si tamen iisdem nominatim aliquem excommunicarent cum restrictione vel referuatione absolutiois sibi solis, non posset inferior huc absoluere, vt iam superius præmonuimus; sed hæc intentio Superiorum vt plurimum non videtur, quin potius, vt subditus statim ac benè fuerit dispositus, & satisfactioem obtulerit, sine dilatione possit absolui. vt notat Soar. 10. 4. Relig. 11. 8. l. 2. c. 22.

XXII.
*Recurfus
 pro casibus referuatis.*

22. Petes; vtrùm in casibus etiam Pape referuatis, debeat fieri recursus ad Prouincialem? Respondet P. Cypr. in c. 7. Reg. Lect. 17. fol. 648. Quod non; quia propter referuationem factam Pape, casu quo non potest adiri, non acquiritur vllum jus speciale Prouinciali, vt alijs præferri debeat. Verùm hæc ratio sufficere non videtur. Sicut enim Regula (quam Laim. l. 1. 11. 5. p. 2. c. 6 n. 5. tradit esse communiter receptam) ait; quod casus Papalis, superueniente impedimento adeundi Papam, sit Episcopalis: Prælati autem in suos Episcopalem potestatem exercent; ita recursus etiam ad eosdem necessarius fuerit. Quod si ad priuilegia recurras, quale est illud Clem.

4. quo

4. quo à Papalibus absoluendi potestas, non solum Generali & Prouincialibus, verum etiam Prælatis conuentualibus, & eorum vicibus gerentibus conceditur. Hoc primùm incertum est, si credimus Soar. *cit. dub. 1. & 6.* & apud nos locum non habet, vbi Superioribus nostris localibus, potestas hæc præstatatur, vt plus non valeant, quàm quouis alij Confessarij inferiores, vt patet ex allegata Capituli Generalis ordinatione.

Est igitur alia opinio Soar. *cit. dub. 4.* & Urbani ab Ascens. *tr. 2. c. 3. Regul. 9.* Casus Pontificios, de quibus agimus, altiori strictiorique modo reseruos esse Prælatis, quibus à Papa commissi sunt, quàm sint casus particulares Religionum. Qui proinde licet concedant Confessoribus suos etiam casus reseruos; censendi tamen non sint committere casus prædictos Pontificios, nisi specificè exprimantur, vel verbis generalibus ita clatis, vt tollant omnem ambiguitatem.

23. Mihi, saluo meliori iudicio, probabiliora videntur sequentia. Primò. Possunt quicumque nostri Confessores absolvere suos Confratres, à quibuslibet peccatis & censuris, tam Pontifici, quàm Ordinibus Superioribus reseruat, etiam notarijs; (Quidquid P. Coriol. *de Cas. Res. p. 1.*

C3

sec. 2.

XXIII.

Potest absolvere quibus Confessor.

sec. 2. a. 4. & P. Cyprian, fol 669. asserant, quod etsi Confessarius possit pœnitentem absoluerè à reseruatis, quando illa sunt secreta; quando autem delictum est publicum & notorium, nullo modo posse, antequam à Superiore absoluatur } Nam Capitularis illa dispositio, absolutè concedit quoscumque Confessarios deputatos valere in foro conscientie, absoluerè in omnibus (nullâ factâ restrictione) in quibus potest ipse Generalis, &c. Si tamen ipse Superior, ad quem propriè iudicium spectat, cuique proprium est ab eiusmodi culpa absoluerè, præsens fuerit, indecens valdè videtur, si alius sese ingerat, cui propter necessitatem duntaxat facultas illa conceditur. Peyr. in 2. q. l. 6. 4. §. 5. n. 160.

XXIV.
Cum onere tamen presentandi.

24. Secundò. Sic etiam indignum plenhè censeo, vt pro reseruatis Regularibus, pœnitens absolueretur cum onere compendiendi seu presentandi se Superioribus, non autem pro Pontificijs, quæ multò grauiora sunt, & rationem habent eandem, aut etiam maiorem quàm illa. Fateor, quòd in illa concessione, Verba illa: *Cum obligantur pœnitentibus sese coràm Superioribus maioribus presentandi pro casibus reseruatis, &c.* videntur solùm loqui de reseruatis Regularibus, quòd hi propriè tantùm sint reseruati Super-

Superioribus Regularibus; & odia sint re-
stringenda, nō ampliāda. *c. odia. de Reg. Iur.*
in 6. In casu tamen, ipsa ratio monstrat, u-
trofquetam Pontificios, quā Regularēs
cōprehendi, vel saltem ita supponi (utpo-
tē iam aliā reseruatione illis reseruatos,
quā ordinariā, sc. Pontificis, qui tantū
delegat ipsis; quod sibi reseruauit ab initio)
quandoquidem etiam in articulo mortis (in
quo *Trid. sess. 14. c. 7.* expressē dicit, nullam
esse reseruationem) absolutus, ex omnium
tamen sententiā, cessante illo articulo, &
comparendi impedimento, sese sistere de-
beat Superiori: cur non item in proposito
quo (vt aduertit *Soar. cit.*) etiam si Ponti-
fex eorum absolutionem Religiosorū Præ-
latis commiserit, suam tamen reseruationem
ab his casibus nunquam simpliciter
abstulit. Vnde etsi inter particulares Reli-
gionum reseruaciones non numerentur,
tanquam alterius ordinis velut omnibus
communes meritō supponantur.

25. Tertio Inter opinionem P. Cypri-
ani, qui recursus huiusmodi ad superiores
Regulares necessarium esse vniuersim negat;
& P. Soar. qui pro omnibus peccatis,
quæ in Iure, vel in Bulla Cænæ, aut aliis, re-
seruata sunt S. Pontifici, ad superiores Or-
dinis recurrendum putat; medium ego tenendum

XXV.

*Quantum
ad casus
Bulle Cænæ
et Regularēs.*

C 4

endum

nendum cenſeo, atque pro iis tantum eſſe
 recurrendum, à quibus Inferiores Confeſ-
 ſarii directè abſoluendi priuilegium, ſeu
 poteſtatem non habent; pro ſolis, inquam,
 caſibus Bullæ Cœnæ D. cum à cæteris om-
 nibus iſti Confeſſores abſoluere poſſint, ut
 expreſſè docet Chaffain. *de priu. Reg. tr. 5.
 c. 6. prop. 2.* poſt Marcellum à S. Benedic-
 to. *V. Abſolutio quoad Monachos.* allegans con-
 ceſſiones factas à Paulo 3. Societati IESV.
 Item Gregor. 14. Clericis Regulæ inſirmis
 miniſtrantibus. Et Clem. 8. S. Mariæ in Pot-
 tico. Lucen. In quibus, ait, *videre eſt, abſolu-
 tam facultatem, Regulari Confeſſario, ad abſolu-
 uendos alios Regulares ſui Ordinis à quibuſcum-
 que peccatis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, &
 à quibuſcumque ſententiis, & cenſuris, & penis
 Eccleſiaſticis, ex illis reſultantibus, iis exceptis
 quæ in Bulla Cœnæ D. continentur, & Caſibus,
 ſuperioribus illorum Ordinum, reſeruatis &c.*
*Quin etiam in locis, in quibus non eſt recepta
 Bulla Cœnæ, hanc ipſam ceſſare.* Hæc ille. Mihi
 videre non licuit indultum Papæ Clem. 8.
 Alia duo; Greg. 14. quod refert P. Sorbo in
*Comp. Priu. ad V. Abſolutio ordinaria quoad
 fratres.* & Pauli 3. in Bulla. *Licet debitum.* An-
 no 1549. *relat. in Bullar. Rodriq. n. 8.* ſolum
 dicunt, quòd Præfectus, ſeu Præpoſitus
 Generalis, poſſit abſoluere, per ſe vel per
 alios.

Absolutio quoad Fratres. 39

alios. Quod aliud non dicit, quàm quod possint eandem potestatem alijs etiã comittere, hinc autem, num rectè inferatur actui collatam? viderint alij. Expressus videtur Indultum Eugenij 4. cuius Init. *Sacra Religionis*, cuius meminit Urban. ab Ascens. *17. 2. p. 2. dist. 2. c. 2.* Quo conceditur Superioribus, & alijs Confessoribus Ordinis Carmelit. deputatis & deputandis ab illis, eadem in Confessionibus audiendis Carmelitarum, absolutionibus impendendis, & pœnitentijs iniungendis, authoritas, quã fungantur Romæ Minores Pœnitentiarij, quæ se extendit ad omnes excessus, casus, peccata, censuras & pœnas, propter quæ Sedes Apostolica non sit consulenda; quod & Paulus 3. in præalleg. Bulla concedit Societati IESV, confirmando declarationem Sixti 4. qui casus omninò omnes, propter quos consuli debeat Sedes Apostolica, reduxit ad quatuor, nimirũ, Hæreticos relapsos, Schismaticos, litterarum Apostolicarum falsificatores, & ad Infideles, de jure prohibita, deferentes. Ex his licet quis non immeritò possit facultatem eiusmodi Confessorum extendere, vsque ad præfatos quatuor casus, malui tamen restringere ad casus Bullæ Cœnæ D. ob reuerentiam S. Congregationi debitam, quæ Anno 1628. 17. Nou.

C 5

Privi,

Privilegia Regularium absoluendi à casibus Pontifici reseruatís, decrevit, extra Italiam, salua persistere, exceptis casibus Bullæ Cœnæ, & reseruatís Ordinarijs, quales censendi sunt etiam reseruatí Regularium Superioribus, tanquam Religionum ordinarijs. Hinc verò licet nouam Confirmationem nostri Asserti accipere. Aliam insuper sumit P. Chassainus cit. ex alia Pauli 3. Bullâ pro Societate IESV, quæ incipit *Cum inter cunctas*. quâ Pontifex concedit illi, *vt qui ex eâ Presbyterifuerint, quorumcunque, veriusque sexûs, Christi fidelium, ad eorundecunque accedentium, confessiones audire, & eos ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excusibus & delictis, quantumcunque grauibus & enormibus, etiam Sedi Apostolica reseruatís, & à quibusuis; ex ipsis casibus, resulantibus sententijs, censuris, & poenis Ecclesiasticis, exceptis censuris in Bullâ Cœna D. contentis, &c. vbi illud: Quorumcunque Christi fidelium, &c. vndecunque venientium, &c.* non solùm Sæculares, verùm etiam Regulares quoscunque, tam extraneos, quàm sui Ordinis comprehendere tradit, si eorum statuta non prohibeant, cum nulla ratio disparitatis appareat. Hoc et si displiceat Portel. V. Confessor erga fratres. quia Paulus 3. id concesserit pro Sæcularibus, non

vid

verò pro fratribus; Còrrarium tamè rationi valdè còsonū est, supposito quòd ad Regulares etiā extendatur simpliciter, de quo tit. seq. sermo erit. Si contendas, Regulares intelligi alterius ordinis, siquidem non sit ipsis prohibicium extra ordinem confiteri. Dicam ego, cur non potius per aliquem mei Ordinis absolui potero, quàm per extraneum, cùm ad id iura multò magis inclinent? Vnde maior in me potestas extraneo, quàm proprio commilitoni?

Censendum est igitur, etsi S. Pontifex ex toto non remiserit seu abstulerit omnem reservationem, quod contendit Soar. Ex hac saltem parte remisissè pœnitentibus, siue Secularibus, siue Regularibus, non absolutè (sic enim possent à quocunque Confessario absolui) sed in Ordine ad Regulares tales, quibus istud privilegium concessum est. Quod porrò Ordinatio nostra Generalis excipit casus reservados, locutione generali; intelligendi sunt vel Regulares duntaxat, relinquendo Papales in propria dispositione, vel simul etiam Papales, non quicunque, sed in Bulla Cœnæ contenti, qui propter impedimentum adeundi Papam, vel potius privilegia specialia facti sunt quasi casus Provinciales.

XXVI.
Pro foro
confessen-
siae.

26. Quartò. Sed quamvis idcirco pro
absolutione non esse recurrendum ad Ge-
neralem seu Prouincialem, nisi pro refer-
uatis in Bulla Cœnæ, ac Regularibus, sen-
tiam; Existimo tamen talem absolutionem
nō excedere forum internum conscientia,
ni velimus admittere Apostolica illa ful-
mina, quæ tanta cum auctoritate delictis
maioribus indicuntur, v. g. Pœnæ subor-
natoribus constitutæ, quarum declaratio
singulis Electionibus prælegi mandatur,
inanes esse minas, & quod dici solet, bruta
fulmina, quæ obuius quisque Confessor,
non obstante supremâ Vicarij Christi pote-
state, auertere facillimè queat. Quod igitur
in sæpeditâ Ordinatione habetur con-
cessa facultas absoluendi, *propter usum tan-*
tummodi Sacramentorum, non vltra, &c. hoc
sibi vult: Superiores Maiores, quibus toti-
us Communitatis cura singulariter commissâ
est, necessaria salutis remedia, non tantum
non subtrahere, sed paternè vltro per quos-
uis Confessores præsentés offerre, vt simul
tamen excessus grauiores, per externam di-
sciplinam efficaciter coërcendi, ac punien-
di potestatem, pro conseruatione pacis ac
boni publici è manibus non dimittant.
Quantum verò eaipta absolutio operetur
& vnde remedium vltèrius requirendum
sit

Fit? ad quem recurrendum? dicitur *V. forum, & V. Pœna.*

27. Quæritur; an Prælati possit concedere licentiam suo subdito confitendi extra ordinem de Casibus reservatis? Resp. negatiuè cum Patre Coriol. *de Cas. Reserv. p. 1. sec. 3. a. 13.* vbi ad hoc etiam allegat Hugon. & Pisan. *super Reg. c. 7.* qui hoc adeò verum esse putant, vt asserant etiam ex v^o Regulæ prohibitum esse Ministris, ne facultatem eiusmodi fratribus concedant, vt extra ordinem de Casibus ipsis reservatis confiteantur: quia Regula peccantes fratres non ad alios, quàm ad Ministros mittit, & ipsis Ordinis Ministris, qui curam animarum fratrum suorum habent, modum præscribit, vt in casibus reservatis non assignent ipsis fratribus extraneos Confessores, ait enim Regula: *Ipsi verò Ministri, si Presbyteri non sint, per alios Sacerdotes Ordinis penitentiam iniungi faciant.* vbi expressio *Sacerdorum Ordinis*, planè excludit alios. Barbos. *in Axiomat. V. Expressum.* Quod non sumitur argumentum à tacito vel præsumpto ad destructionem expressi, sed benè è contrà. Secundum Regulã igitur, ne quidem Tubilæi tempore (et si dispositio alia non fiat) poterunt hoc ipsi Superiores concedere. Sed neque faciliè credendum est, quòd in hoc

XXVII.
Et in rã
ordinem.

IIXXX
IIXXX

hoc Summus Pontifex aliquando dispenset, siquidem Papa nunquam in dubio praesumendus est, quod per generalem concessionem velit derogare particularibus statutis rationalibus. *c. licet Romanus. de Constit. in 6. Rodriq. 10. 1. 99. Reg. 9. 54. a. 4. multò minus Regulæ Apostolicæ auctoritate confirmatæ, & in commune Iuris corpus repositæ.*

XXVIII.
Causa singularis.

28. Ponitur casus; In aliquo Conventu duos tantum esse fratres sacerdotes, unum superiorem & alterum subditum, qui se inuicem percutiant, adeoque ambo excommunicationem reservatam incurrant, an alter alterum absolvere possit? Affirmatiuè resoluunt P. Sorbo *in Comp. Priu. V. Absolutio Ordin. quoad fratres. Rodriq. 10. 1. 9. 20. a. 12. Coriol. de Reser. p. 2. Casu 10. §. 10. n. 17. & Sorbum secutus Beia 4. p. Respons. Moral. 6. id ipsum extendens ad casum notoriè factum, cum dicit, duos Sacerdotes ambos Parochos, qui se in publico percusserunt, potuisse se adinvicem absolvere propter necessitatem, quia non habebant alios Confessores, Epicheiâ necessitatis illis dante Iurisdictionem.*

XXIX.
Alius Casus.

29. Quod si Religiosus manus violentas iniiciat in Clericum sæcularem, Bonifacius 8. *c. Religioso. de sent. excom. in 6.* vult absoluen-

Soluendum esse ab Episcopo. P. Sorbo ubi supra, dicit tam istam, quam aliam illam dispositionem. *c. cum illorum. De sent. Excom.* quâ cauetur, quod si percussit fratrem alterius Religionis, absoluat per Prælatum percussit, & alia multa Iura, quæ à summis ponuntur circa absolutiones fratrum, hodie non procedere, propter nostra priuilegia, quæ à propriis superioribus nostris posse absolui concedunt. Atque ita nec illud etiam videtur necessarium, quod ait Barbos. *in c. si quis suadente. 17. q. 4. n. 3.* vt absolutio fiat præsentè Prælato percussit, vt iniuriâ condonet, ac pœnam in satisfactionem definiat. Cum Priuilegia potestatem illam absolutè Prælatis propriis concedant. De satisfactione præstanda. *vide V. Absolutio General.*

§. 3. AD QUOS ABSOLVENDOS POTESTAS ABSOLVENDI EXTENDATUR?

30. Circa 3. illud, ad quas Personas illa potestas extendatur, constat primitus versari circa subditos omnes Professos, pro illis enim maximè conceduntur hæc Priuilegia; Isto verò nomine, comprehendi Moniales illorū curæ commissas, dubium nõ est, per communicationem Priuilegiorum, præser-

XXX.
*Ad quos absoluen-
dos Potestas illa
protendatur.*

praesertim Syxti 4. Dum attentâ. De quo videndus est P. Eligius V. Abbas. §. 2. in fine. Verban. ab Ascens. c. 2. & 3. P. Cyprian. in c. 7. Reg. lect. 26. Item in hac summ. V. Sorores Terriariae.

Extenditur 2. dicta facultas ad hospites seu peregrinos, qui iure hospitij possunt ab eis sacramentaliter absolui, vt habet expressè Privilegium Clem. 4. in Comp. Privilieg. V. Absolutio ordinaria quoad fratres. § 7. Ibi: Ne non & fratribus aliis eiusdem Ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecunque, &c.

3. Ad Nouitios etiam, non solum qui habitum iam susceperunt, verum etiâ eos, qui ingredi volunt, ex eodem Priu. Clem. 4. itemque Pauli 3. pro Societate IESV, ea tamen conditione vterque, vt nisi mox ingrediantur, eo ipso in pristinas sententias, à quibus absoluti fuerint, reincidant, &c. Ex concessione peculiari nostrae Prouinciae Helueticae, facta à S. Congregatione vniuersalis Inquis. possunt Superiores nostri, alijque fratrum Confessarij Nouitios & seculares Ordinem nostrum ingredi volentes, si sint ex partibus, in quibus haereses impunè grassantur, absoluere ab omnibus & singulis casibus, peccatis & excessibus Sedi Apostolicae, etiam in Bulla Coenae D. legi

legi solitâ, reservatis, pro vna vice tantum
in foro conscientiae, si de omnibus ex cor-
de doleant, & in futurum abstinere inten-
dant, iniunctis eis poenitentijs salutaribus,
& alijs iniungendis, &c. *Vide dicta. n. 18 in*

**ABSOLVTIO QVOAD
SAECVLARES.**

1. Bulla Pauli 3 pro Regularibus, absoluen-
di quosunque.
2. Modò sint approbati ab Ordinariis.
3. Et à suis Superioribus non impediti.
4. Circa Bullam illam quaestio duplex: 1 De
exceptis. 2. De concessis.
5. Non excipiuntur casus Papales occulti.
6. Neque omnes Notorij.
7. Secundum aliã Bullam eiusd. Pont. Nulli.
8. Quantum ad casum Heresis, in Germa-
nia, dubium non est.
9. Concessit etiam alios casus Gregor. 13.
10. In Bulla Pauli 3. facultas datur absol-
uendi ab omnibus, exceptis in Bulla
Cæna D. contentis.
11. Dubium an decur in Casus Episcopales.
12. Sententia affirmans refertur.
13. Friuilegia num per Bullam Cæna D. re-
uocentur?

D

44. Possunt